



Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

Gartner, Michael

Herbipoli, 1697

Ortus & Occasus regnorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

vidisse ascendentem in cœlum jureju-
rando affirmavit, ideoq; recepit, à Li-
via donum decies sestertium, ut men-
dacium ejus non tantum fuerit offi-
ciosum, sed etiam pretiosum.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

*S. 5. Orius & Occasus
Regnorum.*

REferre omnia regna minora, quæ
durante Græcorum imperio vel
ortum vel occasum habuerunt, lon-
gum nimis esset, eorum tantum regum
& regnorum catalogi hic subijcien-
tur, quorum in historia Græca vel
Romana fit crebrius mentio, & noti-
cia ad historiarum catenam necen-
dam utilior est.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶
REGES BITHYNIÆ V. ÆTATE.

ZIPOETES Thrax occupavit Bi-
thyniam dissidentibus inter se civili bello
regibus *ALEXANDRI * II.* *NICOME-*
*DES I. cognomento Magnus * III.* *ZELA*
Philatini in convivio à Galatis, quibus ipse
infi-

insidias struxerat * IV. PRUSIAS cognomine κωνυγός vir totus effeminatus, & deditus cupiditatibus * V. NICOMEDES II. EPIPHANES dictus propter mores optimos & benevolentiam, quam sibi apud Romanos conciliarat, ad necem à patre destinatus, eandem patri intulit. Urbis Apamea conditor, quam à Matre sua cognominavit * IV. NICOMEDES II. cognomento PHILOPATER à Mithridate exagitatus bellis, & à Romanis protectus, quorum castra ad Sylla victorias usque secutus est * VII. NICOMEDES IV. preterito NUSA filio, Romanos testamento regni hæredes instituit Olymp. 76. ante Chr. 71.

— 550 — — 550 — — 550 —

REGES PONTICI V. ÆTATE.

I. MITHRIDATES II. qui post mortem ALEXANDRI Magni ab Antigono fratre Alexandri ad necem quæsitus defecit, & regnum à Mithridate primo ARTABAZIS filio amissum recuperavit * II. MITHRIDATES III. magnis incrementis regnum auxit * III. MITHRIDATES IV. * IV. PHARNACES I. * V. MITHRIDATES

THRI-

PHRIDATES V. usus est amicissimè An-
tiocho Magno, cui è filiabus alteram col-
locavit * VI. PHARNACES II. pugnavit
contra Sinopenses, & Sinopem urbem
magnificè exornavit. Ab hoc rei herba-
ria studiosissimo PHARNACEON herba no-
men habet * VII. MITHIATES VI.
pugnavit Romanos contra Carthaginenses,
socius & amicus eorundem.

VIII. MITHRIDATES VII.
cognomento Magnus, dictus etiam
DIONYSIUS. Militavit cum Rhoxanis, qui
tunc dicuntur Russi vel Moschi, & uno
bello cecidit eorum 50000. In bello con-
tra Romanos habito edicto suo effecit, ut
uno die per Asiam 150000. Romanorum
viri necarentur, vir fuit incompara-
bilis memoria, & 22. linguarum gnarus,
super nationibus imperabat. Scythas do-
mavit: Cappadociam occupavit; Asiam
complexus animo, ut suis triumphis ady-
ceret, totam prius incognitus peragravit,
& omnium urbium situm exploravit. Iun-
ta cum NICOMEDE rege Bythinia socie-
tate, Paphlagoniam invasit, & mox Ga-
latiam

latiam. Romanis per 40. annos fortissimè restitit, donec tribus ingentibus prælijs felicitate LUCULLI, virtute SYLLE, magnitudine POMPEII (qui contra eum Cimbro, Gallo Græcos, Sarmatas Basternas, Scythas & totum Orientem armarat) consumptus est; solius est quotidie, ne veneno tolleretur, 20. ruta folia, duas caricas admixto sale jejunus capere.

Invenior fuit Antidoti, quod hodie MITHRIDATICUM appellatur contra venenum. Usus est canibus ad custodiam sui corporis, item tauris, equis & cervis, qui dormiente ipso proderent vocibus suis adventantes.*

IX. PHARNACES III. JULIO CÆSARI bellum inferre ausus, summâ celeritate victus est, ut diceret Cæsar: veni, vidi, vici.* X. MITHRIDATES. VIII. à CLAUDIO extorris factus & à Nerone receptus ac veniâ donatus, demum à GALBA occisus est, quia in calvitium & rugas ejus procacibus verbis lusit. Cum hoc linea ARTABAZIS expiravit, & ex familia ZENONIS Laodicensis secuti sunt, POLB-

NON I, filius ZENONIS pugnavit in bello
Ptolemaeo pro Antonio, sed Casari postmo-
do reconciliatus * POLEMON II. ut nu-
m. Berenices filia Agrippa regis Iudae-
ae potiretur, circumcidi se passus est;
atq; illa, ebrietate ejus & intemperan-
tia offensa, rursus deseruisset eum, ipse quo-
dammodo ludaismo rejecto ad gentiles supersti-
tiones redijt. Post hunc Ponticum re-
gnum à CALIGULA, provincia facta &
POLEMONIACUS dicta est.

— 50 — — 50 — — 50 —

REGES MEDIÆ MINORIS V.
ÆTATE.

I. ATROPATUS post obitum Alexan-
dri Mediam minorem à Macedonibus
conquisitam, sibi subjecit, & tenuit per poste-
riora usq; ad tempora AUGUSTI OC-
TAVIANI: de posteris autem ejus nomina-
ta in historijs nihil invenitur usq; ad
DARIUM, qui in Pompeij magni trium-
pho inter reges victos legebatur propter
vetustatem cum MITHRIDATE EUPATO-
RE & ANTIOCO COMMAGENO ac TI-
MOTHANE, Post Darium regnavit filius ejus

Q 2


AR.

ARTUASDES, qui à Parthis expulsus, ab
 AUGUSTO honorificè receptus & habitus,
 filius autem ejus ARIOBARZANES ob cor-
 poris insignem formam, & præclarum ani-
 mum Armenis præfectus est.

REGES PERGAMENI V.
 ÆTATE.

I. PHILETÆRUS post mortem Se-
 leuci I. regnare capit * II. EUMENES I. in-
 terit immoderatâ ebrietate * III. AT-
 TALUS I. EUMENIS I. patruelis, virtu-
 tis & doctrinâ præstantiâ clarissimus *
 IV. EUMENES II. celebrat hujus EU-
 MENIS studium circa Bibliothecas Pli-
 nius, in quem finem pro libris conscri-
 bendis usum membranarum tunc primum
 Pergami instituit & pergamena inde co-
 gnomenum retinet. Habuit autem bi-
 bliotheca Pergamensis voluminum du-
 centa millia: Quam totam postmodum
 Antonius dedit Cleopatra, & Alexan-
 driam transtulit * V. ATTALUS II. me-
 moratur hic in regibus sociis Romano-
 rum 1. Mach. 15, laudatur, à SUIDA sp

...iter ob reverentiam erga matrem
...OLLO N I A D E M virtute ornatissimam
...minam, quam manu ad templa & per
...cas, quocumq; illa moveretur, deduce-
... VI. ATTALUS III. Parricida cru-
...ssimus matris, fratris & cognatorum
...urum cade infamis, demum ob tam ne-
...ria parricidia conscientia stimulis agi-
...tus, regni curâ abjectâ cepit hortos fo-
...re, & cerdonicam tractare. Refert
...ntarchus eum plantasse herbas, & ses-
...na ex illis collecta succosq; expressos
...nicis dono misisse; Moriens regnum
...um testamento Romanis legavit, ARI-
...ONICO notho fratre frustra id impedi-
...volente, qui à Romanis bello captus, &
...carcere jussu senatus, strangulatus est.



REGES PARTHICI V. ÆTATE.

I. ARSACES I. PARTHUS victo AN-
...AGORA Prefecto SELEUCI CALLI-
...CI, occupavit Parthiam, & tenuit
...citer; vir animi regij & virtute bel-
...lica

Q 3

*licâ conspicuus * II. ARSACES II. mirâ
 virtute pugnavit contra ANTIUCHUM
 Magnum, qui 100000. peditum &
 20000. equitum producebat, quibus ita
 restitit, ut pace in itâ in societatem armo-
 rum ab eo rogaretur * III. PAMPACUS *
 IV. PHARNACES victor Mardorum, va-
 tidissimi Mediae populi * V. MITHRIDA-
 TES qui DEMETRIUM II. vivum cepit, &
 benevolè habuit * VI. PHRAATES I. AN-
 TIOCHUM SEDETEM vicit & occidit *
 VII. ARTABANUS I. in bello contra Col-
 chatanos occubuit * VIII. PACORIUS II.
 fuit socius armorû cum SYLLA, & postea cû
 LUCULLO * IX. PHRAATES II. bella ges-
 sit contra TYGRANEM à suis demum fi-
 liis interfectus. * X. MITHRIDATES II.
 propter crudelitatem cum senatu Parthi-
 so regno abdicatus. Ab ORODE (cui se
 cognationis fiduciâ obsessus dedit) per-
 emptus est **

XI. ORODES I. bella gessit cum M.
 CRASSO & vicit, cumq; caput ejus rescis-
 sum in convivio inter concubinas sedenti
 alligatum esset, in id aurum liquefactum in-
 fundi

fundū jussit, ut cujus animus auri capti-
tate arserat, ejus etiam mortuum &
exangue caput auro impleretur. Caeteris
tamen Romanis militibus captis huma-
niter usus est, quibus etiam conjuges Par-
thicas dedit, ut ex illis viri fortes pro-
crearentur. Demum cum ANTONIO
LEPIDO & CÆSARE triumviris societa-
te inicit armorum à PHRAATE tertio filio
no parricidio nefando sublatus est. Filios
reliquit PHRAATEM & PACORUM, de
quo Horatius refert, quòd auro Romano
magnificè torques suos auxerit: meminisse
tamen Cicero hujus PACORI. XII. PHRA-
TES III. hic 30. fratres suos interfecit,
& Patrem id indignè ferentem suffoca-
vit, & pari sevitià in optimates grassa-
tus fuit, Romanis formidabilis; de manu
AUGUSTO inicit armorum societa-
tem. HIRCANIUM Asmonaeum, quem Pa-
thicus cepit, humaniter habuit & vine-
re solutum ad Herodem reverti permi-
sit. Poenà talionis, parricida à filio suo
Phraate occisus est * XIII. PHRAATA-

Q4

CES

CES à patre regni Successor constitutus,
 tadio sum ratus expectare, quoad illud ac-
 ciperet, cum matre confilio communicato,
 eum obruncat, & tum ob hoc facinus, tum
 etiam ob incestam consuetudinem à po-
 pulo tumultuante occisus est * XIII.
 ORODES II. ARSACIDES regno profici-
 tur post PHRAATACEN, nec multò post ob
 efferos mores in convivio à conjuratis oc-
 cisus * XIV. VONONES obses diu reten-
 tus ab Augusto Casare, iterumq; ad re-
 gnum post ORODIS II. eadem dimissus,
 demum à GERMANICO Casare peremptus
 est * XV. ARTABANUS II. accitus
 ac ad regnum contra VONONEN, eo
 expulso Rex à populo assumptus, & post
 bella varia factus socius armorum cum
 Romanis, Augusti & Caligula statuis adu-
 lator impius sacrificavit * XVII. BAR-
 DANES à suis obruncatus XVIII. GO-
 TARZES per insidias sublatus è vivis *
 XIX. VOLOGESES I. natus è Gracape-
 lice, familiaris & amicus singularis NE-
 RONIS, cujus occisi memoriam coluit, &

peti-

utiuit ut coleretur à Romanis. VESPA-
 IANO contra VITELLIUM auxiliarium
 equitum 40000. misit * XX. ARTA-
 NIUS III. offensus graves inimicitias
 efficit cum VESPASIANO, conatus eum,
 quamvis frustra regno eicere, & simula-
 tum novum Neronem quendam induce-
 re * XXI. PACORUS II. ab ANTONINO
 Pio Lazorum regno donatus est in Col-
 chide * XXII. COSDROES, Pausanias vo-
 cat OSROEM, à TRAJANO regno ejectus,
 amittit fœdere cum Adriano, id recupe-
 rovit & auxit * XXIII. VOLOGESES
 I. bella varia gessit contra Romanos,
 victus ab Antonino materiam ei dedit am-
 plissimi triumphi * XXIV. VOLOGE-
 SES III. occupavit Mesopotamiam, sed
 SEVERO Imperatore iterum ejectus est
 omnibus thesauris amissis * XXV. AR-
 TABANUS IV. circumventus per frau-
 dem à CARACALLA, quâ se nuptiarum
 causâ cum filia ejus in regnum cum exero-
 tu admisit, & pro genero hostem exper-
 tus est acerbissimum, nuptias in multas
 sedes convertentem. A MACRINO tamen

Q 1

occi-


occiso Caracalla iterum reconciliatus est Romanis, quem demum Artaxerxes Persa bello iterato aggressus vicit & occidit, regnumque Parthicum ad Persas transtulit.



REGES BACTRIANI V. MUNDI
ÆTATE.

I. THEODOTUS I. mille Bactrianorum urbium Prefectus regem se dicit, à Seleuco Callinico deficiens * II. Theodotus II. protexit regnum fortiter contra Seleucum Callinicum * III. Euthydenus frater Theodoti bella gessit cum Antiocho magno * IV. Menander tam fuit charus, ut cum mortuus esset, à cuncto populo exequia fierent, & quilibet aliquid de reliquiis ejus & cineribus sibi in tam chari viri memoriam reciperet aequali divisione facta * V. Demetrius regnum feliciter conservavit & amplificavit * Eucratides Indiam omnem in potestatem redegit, à filio suo peremptus, cum victor ab India rediret * VII.

VII. Eueratides II. Patrem victorem ab
 Indis redeuntem occidit, & velut in ho-
 nem id facinus ausus esset, per sanguinem
 eius currum egit, & in sepulchrum abijci iussit
 a Scythis oppressus vitam & regnum amisit
 it; idq; ad Scythas devolutum est.



REGES ARMENIÆ MINORIS V.
 ÆTATE.

DEJOTARUS I. Gente Galata, junctus
 societas Romanis contra Mithrida-
 tem, Pompejo, Bruto, Ciceroni & Sylla
 amicissimus. Cum de structis Casari in-
 iuriis accusatus esset apud Casarem, à Ca-
 sare, à Bruto & Cicerone fortiter defen-
 sus est oratione, qua extat pro Dejotaro,
 & scelus hoc vindicavit in nepote cruda-
 liter, quem unà cum filia jugulavit, &
 castellum, quo ille pro regia utebatur, cum
 fundamentis evertit Plutarchus scribit
 habuisse eum conjugem Stratonicam, qua
 cum sterilis esset, memorabili moderatio-
 nis ethnica exemplo suasisse viro, ut ex
 alia gigneret; ideo Electram ancillam ei



collocasse, & genitos inde filios, tanquam legitimos ingenue educasse.*

DEJOTARIUS II. primò partes Antonij tenuit, à quo deinde cum Amynta ad Casarem transit, & regnum retinuit vivens, sed moriens ad posteros non transmisit, cum proles nullas reliquisset. Successit autem Tigranes I. cognominatus Magnus ad syrorum regimen postea evocatus, de quo supra.

REGES NUMIDIÆ.

Syphax * Narva * Gala * Manianiffa * Massiva * Micipsa * Adherbal * Hiemphal * JUBA I. * hic ille JUBA, qui Pompejo occiso, cujus partes secutus erat, pralio cum Casare decertavit, & victus, cum in villam quandam confugisset, inter pocula & magnificas epulas deprehensus & occisus est: neque enim civis ejus fugientem intra Zamam regionem metropoliticeam admittere vulerunt, quia bello suscepto maximam in foro pyram construxerat, ut si forte res infelicitè caderet, rebus omnibus eò coacer-

paris

vatis & deinde civibus cunctis per mili-
tes interfectis eodemq; projectis cum libe-
ris & conjugibus cunctaq; gazâ regiâ ipse
quoq; JUBA igne subjecto cremaretur: me-
ritu igitur tam horribilis tragœdia merito
exclusus est.

JUBA II. Adhuc puer captus à Casare
& triumpho ductus post patris interitum,
cui Augustus regnum ob præclaras dotes
restituit * Ptolomæus Juba filius à Ca-
lugula occisus, quia illo spectaculum eden-
te ingredi visus est cum obolla purpurea,
cujus splendore factum, ut hominum in se
oculos converteret. Atq; hic fuit tragicus
epilogus regum Numidia.

Regna quoque Commagena & Maurita-
nia hæc ætate tam ortum, quam occasum
suum habuerunt, sed continuata regum eo-
rum series non invenitur. Memoran-
tur præ cæteris Bocchus sive Bogus Rex
Mauritania, in bello contra Pompeja-
nos bene de Casare meritis, & ANTIOCHUS
quidã rex Commagena, quem Augustus
Romam evocavit, & à senatu damnatum
capi-

capite plexit, quia legatum fratris sui,
cum quo litigabat, per dolum occidit.

— — — — —

S. VI. Ritus instituti V.
etate.

HAc ætate ante tempora Macha-
bæorum ortum suum habuerunt
ESSENI vel ESSEI dicti etiam HASSIDEI
quasi sancti, valde affines in sua reli-
gione *Pythagorais*.

Viri hujus sectæ Monasticam vitam agebāt;
voluptatem ut maleficium evitantes & divi-
tias repudiantes, unguenta non curabant,
vestes & calceamenta, nisi concisa, aut pe-
nitus consumpta essent, non mutabant;
hospitalitatem summo studio exhibebant;
& pro cibo erat eis unum pulmentum; tu-
multus aut clamor apud illorum contuber-
nia nunquam audiebatur; sed Pythagorici
erant observatores silentij: omne juramen-
tum refugiebant; idque perjurium esse do-
cebant; quod autem quis illorum diceret, id
quovis juramento fortius existimabant. In
templis anathemata suspendere prohibe-
bant: sacrificia vel hostias cum populo
non celebrabant, quòd se plurimum puta-
rent ab eis sanctitate & munditiâ differre.

Opes